prolongationem Comitiorum, et quod speramus sa-
tisfactionem obtinere de omni nostra supplica-
tione et desiderijs Reipublicae propositis. Postqua
rescivemus ubi Regia Maiestas assignabit Commis-
sioni Locum, et Tractatus fient, Nos parebimus, et
declarationem nostram pandimus, quod requiramus
pacificationem omnium punctorum in Supplicationibus
contentorum, et ut Caesarea Maiestas Perill[ustr]is Magni-
tudo eius agat arbitrum pro satisfactione Religioni
Graecae, et decidat tanquam orthodoxus Caesar, cuius de-
cisioni contenti reddentur spuales, et Nos assentie-
mur; Sed aduertendum ne in tanta distantia pera-
gatur Commissio quemadmodum modo peragitur, imo
neu Kioviae antequam in possessionem veniat. De liber-
tatibus autem n[ost]ris campus discurrendi erit in ver-
mino et loco Commissionis praefixo a Reip. Gratiae
Nos VV. DD. commendamus. Datum Czehrini 9a.
Decembris 1669.

Ill[ustrissi]morum DDVV. Omnis boni desiderans mus et Servus
Petrus Doroszenko Hetman Exercitus Zaporisien[sis]

Responsum Doroszenko ad Legatos Moschoviae sub data 31. Xbris 1669.

Dei gra[ti]a Magni Hospodar Caesaris et Magni Ducis Alexij
Michaylowicz etc ut supra in praeinserta epistola
Commissariorum continentur tituli Nasciokin
et Ducis Moschoviae.
Petrus Dorosenko Generalissimus cum Exercitu Zaporosien[si]